Demetr. § 148 fragmt. Sapph.

Vid. Neue fragmt 73 pag 80.

Versus Sapphonis leguntur ap. Hephaest. p. 12

Ὕψοι δὴ τὸ μέλαθρον, Ὑμήναον,
ἀέρρετε, τέκτονες ἄνδρες, Ὑμήναον·
γαμβρὸς ἔρχεται ἶσος Ἄρηϊ

Quae Demetrius adjicit ab Hephaestione omissa et metrum et dialectus cum ceteris concordet, ſic videntur refingenda: ἀνδρὸς μεγάλω παλὸ μέγ. Et παλὺ ſcribit, nescio qua auctoritate, Casaub. ad Theophr. Charact. pag 233. In principio revocavimus ex ed. Junt. ὕψοι: cum Ursino ceteri ὕψι, idemque Demetrio donavit P. Victor. pro vetere ὕψω, quod prope abest a nostra lectione. Ὕψοι Aeolicum est pro vulgari ὑψόσε ut τηδοῖ annotat Apollon. de Adverb. p. 610, quamquam is quidem cum pleno τηδοῖ componens.

Tota haec ad verbiorum terminatio nihil videtur differre ab illa quam Neuius ad fragmt I vers 3 illustravit. Pro δὴ ed Junt. habet δέ.

Libri ὑμήναον, quod servat Herm. elem. doctr. metr. p. 28. nec profecto potest de omni hoc exclamationum genere niſi ex auctoritatibus judicari. Gaisfordius Ὑμήναον. Volgerus Ὑμέναε. Blomfield. Ὑμέναον.